



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

66. Bullæ seu constitutiones Papales in dubio an usu receptæ  
præfumentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Oidr. consil. 66. in fi. Item triginta librarum auri purissimi c. quisquis 17. quest. 4. Item alijs arbitrarijs pœnis coercentur cap. non minus ca. adversus de immunit. Eccles.

## QVÆSTIO LXVI.

Constitutiones Papales an in dubio usu receptæ præsumantur.

## SUMMARIUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Non præsumuntur receptæ.   | 4. Idq. si alius potestati consentiat.                      |
| 2. Nisi sint divini juris declaratoria.   | 6. Constitutiones promulgatæ an cogunt præsumantur.         |
| 3. Præsertim si in promulgatione accedat protestatio subditorum.                | 7. Constitutiones an afficiant Dominia temporalia laicorum. |
| 3. Reditus cum protestatione solutus liberat solventem ab illius continuatione. |   |

**R**eceptas præsumi, censuit Bennitend. *Boyon. conclus. 13. num. 10.* & latissime id probat Flaminius adducens inter ceteros Felinum *cap. 1. num. 13. de trans. & pace v. Flaminius de resignat. benef. lib. 13. quest. 7. num. 25.* ubi late idem late tenet Cavalcanus asserens difficillimam esse contrarij probationem *de tutore & usufructu mulieri relicto n. 41. & 42. ubi id probat in materia statutorum.* At vero contrarium pluribus probavit Menochius *lib. 2. præsumpt. 2. per tot. dictum est supra lib. 1. qu. 10. numer. 12.*

Ratio est, quia usu recepti est quid facti, quod non præsumitur, *Soc. Jun. cons. 32. n. 47. lib. 3. per l. in bello §. factæ ff. de captivis & post l.* Hinc Guilielmus Redoanus *tr. de alienatione rerum Ecclesiasticarum quest. 58. num. 25.* putavit non satis esse allegare Papalem seu extravagantem ambitiose de rebus Eccles. non alienand. qua inhibetur locatio rerum Ecclesiasticarum ultra triennium, sed opus esse probati usu receptam & moribus approbatam *per gloss. & DD. in cap. 1. de Treuga Bald. l. rem non novam C. de iudic. Boer. dec. 224.* nec advertatur sententiæ Menochij & Socyni Decius cum quibusdam alijs *cons. 649. num. 10. Curt. Jun. cons. 129. nu. 12. Gozad. cons. 16. n. 16* qui visi sunt una cum Bennitendo affirmare leges editas & debite promulgatas præsumi receptas. Siquidem ipsi nulla lege, nulla auctoritate id probarunt, et ubi citius autem sine lege loqui *l. si servum §. non dixit pretor ff. de aeq. hered. Preses in loco à legi cessante in pr. non est autem ad rem quod Gozadin. d. num. 16.* adfert legem tempore cessante esse in viridi observantia *l. Arriani §. cunctis C. de hæreticis Barth. & Socin. l. si mihi & tibi §. in legatis col. 2. de legat. 1. Barth. l. certa forma xum. 11. C. de iure ff. lib. 10.* Nam præter id quod respondet Socin. *Jun. d. cons. 32. num. 47.* licet respondeat legem semper esse in viridi observantia præsupposito initio observationis. Si enim semel recepta est observari, præsumitur adhuc in præsentium observari, quia mutatio non præsumitur *Alciat. de præsumpt. reg. 2. per tot. præsumptione* otia  
de



de tempore ad tempus Praes in locis loco a tempore ad tempus id quod olim fuit id hodie adhuc esse praesumitur, quod supra fultus ex Navarro probavimus lib. 1. g. 30. Quae in dubitanter procedunt, si publicationi constitutionis protestatio a subditis opponatur cujus quam variis sint effectus ex iure fit satis perspicuum hinc exempli causa Exemptus a collectis solvens adhibita protestatione. Quod immunitati suae nolit praesudicare exemptionem suam illaem conservabit. Abb. cap. cum accessissent n. 7. cum add. de constit. Petr. Antiboli tract. de muneribus par. 3. n. 37. cum seqq. Giga de pensionibus quest. 71. n. 2.

Item repetita solutiones annui redditus cum protestatione quod solvens nolit induci in quali possessionem solutionis, proficit ut contra solventem non possit agi in possessione Alciat. l. si certis annis in verb. nisi C. de pact. Giga de pensio. quest. 61. & 73. in fine Clarus de emphyteusi quest. 10. num. 1. Bellencimus de charit. subsid. quest. 61. Abb. cap. cum Ecclesia num. 24. in fin. de causa propr. & possess. late Menoch. de praesumpt. lib. 1. praef. 75. Alexand. de monet. tract. de decimis cap. 9. num. 105. vide supra lib. 3. quest. 27. num. 4. prout quoque si per vim seu coactioe solutio extorta sit licet non accellerit protestatio Bellenc. d. quest. 61. Alex. d. cap. 9. num. 107. Rom. conf. 153. per tex. l. cura extruendi ff. de munerib. & honor. Faber. l. voluntaris ubi id utrinque disputat C. de exsulat. iust.

Porto, quod dixi de protestatione, id verum est si superior illi consentiat, quoniam protestatio in dependentibus a consensu duorum, non valet non accedente consensu alterius Abb. & DD. c. cum M. de constit. l. non solum §. morte C. de novi operis nunt. per tex. l. fin. §. tum si prae dixerit ubi DD. ff. nauta, caupones, Fabularij Larius Laurentius Sylvanus tract. de feudi recognit. qu. 81. per tot. Cum itaque virtus legis non tam dependeat a voluntate subditorum eam non recipientium, quam Principis, eam promulgantis, & legem observari cupientis, subditorum protestatio non proderit, nisi consensus & acquiescentia Principis intercedat arg. not. per Sylvanum d. q. 81. Ita in non absumili traditum est, si Vassallus lucras fidelitatem alicui Domino protestetur quod non facit animo recognoscendi eum in Dominum quod talis protestatio contradicente Domino eum non juvabit Socyn. conf. 4. col. 6. li. 3. arg. c. 1. qualiter Domin. propr. feudi privetur cap. 1. in fine de forma fidelitatis Sylvanus d. q. 81. post n. 1.

Quod verum putarem in ea specie protestationis quae est contraria actui v. g. si subditi obediant legi cum protestatione eam non recipiendi ceterum si protestatio sit simplex & tantum declaratoria voluntatis & conservatoria iuris protestantis poterit ea interponi Domino absente & ignorante neque alia intimatio fieri oportet. Bart. l. Pomp. scribit si negotium ff. de neg. gest. Petrus Antiboli tract. de muneribus in 3. parte principali n. 38 & in d. §. morte in materia protestationis declaratoria DD. de aliment. C. de neg. gest. Sylvanus d. q. 81. n. 1.

ZL 2

Porto

OK  
 1771  
 28



Porro, quod dixi de constitutione usu non recepta id disputari potest in constitutionibus seu declarationibus legum humanarum ceterum constitutiones seu declarationes legum divinarum, non eo minus veræ esse desinunt aut obligare quod usu non receptæ asserantur quemadmodum doctæ & subtiliter contra Cajetanum Navarrus annotavit *tract. de usuris n. 6. vers. Secundo Tom. 1.*

Utrum verò constitutiones promulgatæ cognitæ præsumantur videatur Menochius *lib. 2. præf. 3. per tot.* Item an constitutiones Pontificiæ afficiant Dominia secularia laicorum notatum est supra *lib. 1. q. 5. o. n. 39.*

QVÆSTIO LXVII.

Utrum coram Abbatibus fieri possit resignatio beneficiorum.

SUMMARIUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Distinguendum inter Abbates exemptos & non exemptos. | pleno iure subiectas.                               |
| 2. Ab institutione ad destitutionem argui non potest.   | 4. Abbates Domini ordinarij Monachorum.             |
| 3. Abbates exempti habent Ecclesias sibi                | 5. Pleno iure possidere quid sit.                   |
|   | 6. Abbates renunciare debent in manibus superioris. |

**I**N hac quæstione laudo Flaminium Parisium *de resign. benef. par. 1. li. 7. q. 15. per tot.* qui in hæc prope verba resolvit distinguendum esse inter Abbates non exemptos & exemptos quod Abbates qui exempti non sunt placuit non licere coram eis facere resignationes aut beneficiorum permutationes, quippe quod istis actibus jus interponendæ autoritatis non habeant collecti, quem sequitur Bellamera *de permutation. benef. 1. par. qu. 9. Card. Clem. 1. n. 18. de renunt.* Tum quod hæc autoritas proprie sit juris Episcopalis *Io. Andr. 10. Monach. Germanian Franc. in c. 1. de rer. perm. in 6. Flaminus d. l. 7. qu. 14. n. 16. 17. 18.*

**2** Tum quod à facultate instituendi, non liceat arguere ad destituendi autoritatem *Flam. d. q. 14. n. 15. & seq.* adeo ut licet Abbates instituere possint in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis, instituti tamen non administrant nisi prius habita licentiâ diocesani cui subiectus est *Durandus de modo congregandi Concilium generale Rubr. 4. n. 35. & Rubr. 23. n. 1. & 3. Card. d. n. 18.*

Quo verò ad Abbates exemptos qui ius conferendi habent, ij autoritatem habent resignationes & permutationes admittendi *Abbas ca. quæstionum n. 4. de rer. perm. Franc. c. 1. n. 8. eod. in 6.* estque communis opinio teste Flaminio *d. q. 15. n. 3.*

**3** Ratio est, quia Abbates exempti habent Ecclesias sibi pleno iure subiectas, ideoque ius Episcopale seu iurisdictionem quasi Episcopalem *Innoc. c. 2. vers. de Abbatibus de transl.*